



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

15. Curat periculosè febrientem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

lentis apertum infunditur. Simul
de pane pauxillum stomacho illa-
rum est, posuit sœva illa tempestas,
mentique sua malacia rediit. Ne-
vum & mirandum spectaculum
Quæ anteà horrendum vocifer-
batur, fremebat, frendebat, insanie-
bat; nunc humi sedet junctis plac-
dè manibus, mansueta, & tacita
donec rogata, quis eam persanasse.
Divum **NICOLAVM**, nominavit
Ducta ergo ad Sancti aram, saluter-
ei suam pleno & pio ore gratula-
ta est.

15.
Curat pe-
riculosè
febrienc-
tem.

Sed dum foris tam multa min-
mur, penè excidissent, quæ don-
non ita pridem evenere multò ma-
xime miranda. Adebat ubique **NI-
COLAVS** invocatus; adebat in omni
genere miseriarum. Fuit in urb.
Belgii, immò totius Europæ pri-
cipe, *Antverpiâ Petrus Phalesius*, ar-
tographiâ Musicis omnibus nor-
simus, non nemini civi à pietate
probitate. Is mense Januario
nni 100. xix. jacebat in mor-
tamine, oppressus à violentâ febo-
quæ effæctum ejus corpusculum

(plu)
erc
cru
qua
tus
pat
nat
Cali
ope a
hom
Div
rebu
se m
kutis
ben
mo
ben
lum
dea
qui
vide
& v
ab
Dei
lā A
utru
rus,
Lau

(plusquam septuagenarius erat) exercuerat quatuordecim totos dies crudelē in modum. Jacebat, inquam, à Medicorum filiis depositus, ne dicam abjectus: sed erigere patrem bonis verbis piæ filiæ conatae sunt: *Ab humanis remediis ad Calitum præsidium confugiendum esse;* ope divinâ revixisse plures, de quibus homines conclamaverant. *Esse inter Divos NICOLAVM Tolentinatem, in rebus desperatis fidus salutare.* Adeum se moribundus verteret, & certam salutis spem conciperet. Nemo non liberter audit, quando de salute sermo est. Facit ergo pater, quod jubent filiæ, & benedictum paniculum sumit piâ cum confidentiâ. Inde ad quietem se componit; & verò quiescit: dum sub medium noctem videt utroque obtutu planè aperto, & vigilans, aërem hiscere, & quasi ab ultimo cælorum descendere Deiparam; ponè illam in veste pullâ Augustinianū Monachum: quos utrumque stipabat Angelicus chorus, suavissimis modulis Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes inci-*

nentium ; quibus & ipse æger jam non æger, sed in usitato gaudio veluti ebrius suam quoque vocem junxit. Ad quem deinde S. NICOLAVS : *Ne metue ; pro te apud Deum intercessi : hic morbus non erit tibi mortalis.* Simul hæc dixit , omnes dissiparuere. Petrus verò non lætitiam, vix se capiens , voce vocalissimâ filiam suam appellans , *O mea nata Magdalena,* inquit , (id virginis nomen est , vivitque etiamnum Deo devota) *quid ego vidi hodie ?* cumque diu præ gaudio loqui non posset lacrimis vocem inturbantibus singultiendo tandem insperatissimâ ordinem recitavit. Ut somnium non fuisse crederes , evenitus ostendit : nam eo ipso tempore puncto melius habere visus est , & intra paucos dies plenè valere , atque super sanus vivere totum omnino & amplius decennium.

16.
Mulieris
vehemen-
tem &
diutur-
nam pa-
ralyſia
curat;

Recens est quod addam , gestum pronuper in oculis nostris , oppidum mirabile & memorabile. Est hic *Antwerpia* dico , egregium par coniugum ; ille *Bartholomæus van Eeck*